

Tractatus.

209

ta qualitas manens vna specie potest intendi et remitti et non quantitas. ideo simile suscipit magis et minus et non equale. **A**d quartum est dicendum quod via relatiui est respectus formalis et per se indiuisibilis non discensus per prius et posteriorius sicut imaginatur obiectio. Et ideo maior est intermedia que dicitur ois via suscipit magis et minus. **A**d confirmacionem dicitur quod in relatiuo est duplex esse scilicet accidentis quod dicitur esse in et relatiouis quod dicitur esse ad. Et primo modo nihil prohibet relatiuum permutari secundum proprietates illius accidentis in quo fundat sua inherencia accidentalitatis. **S**cdo proprie loquimur et hoc modo carere intentione et remissione iuxta tacta superius. **A**d quintum dicendum quod logice loquendo vanum opponit ei quod non proficit ad finem intentionem per se vel per accidentis. **M**odo licet hec coitas per se non notificet naturam relationis per accidentis tamen eam aliquo modo declarat et hoc sufficit logico qui est artifex communis. **E**tiam licet quantum ad attributionem hec proprietates non proficiat proposito. quantum tamen ad eiusdem negationem secundum quam remouet a vere relatiuis bene proficit.

Quartum dubium est.

Andens et viciu sciencia et ignorantia contraria et suscipiunt magis et minus. Et videtur primo quod virtus et viciu non contrariantur. probatur quia contraria debent maxime a se inuicem distare. sed virtus et viciu non maxime distant. ergo non contrariantur. **A**ns patet quia duo vicia scilicet viciu per superabundantiam et defectum plus distant quam virtus et viciu. quia virtus consistit in medio quod minus distat ab extremo quam viciu extremum ab alio. **S**ecundo sciencia et ignorantia opponuntur per se. igitur non contrarie. **A**ns est manifestum. **T**ertio virtus et sciencia sunt quedam perfectiones potentiarum. igitur non suscipiunt magis. **S**ecunda pars quia perfectio consistit in indiuisibili. **S**olutio sic ut patet in textu.

Ad obiecta in oppo-

situm ad primum est dicitur quod virtus et viciu possunt dupliciter considerari. vno modo secundum naturas suas proprias. et sic non maxime distant. **A**lio modo possunt considerari secundum rationem boni et mali. et sic maxime distant et plus quam duo vicia. quia duo vicia continentur sub vno genere. et virtus et viciu sub diuersis generibus. **A**d secundum dicitur quod duplex est ignorantia pure negationis. et prave dispositionis. ignorantia pure negationis est prima sciencie. **S**ed prave dispositio opponit

sciencie contrarie. quia talis est habitus erroneus generatus ex multis actibus erroneis. Et tales ignorantiam habet qui habet noticiam erroneam de re. et ergo solet dici quod priuatio quam sonat ignorantia fundatur in contrario habitu positivo.

Ad tertium est dicendum quod sciencia et virtus accipiuntur dupliciter. vno modo ut sunt quedam habituales perfectiones scientis et virtuosus sic quidem sciencia est cognitio habitualis subtilis epistemes quantitas anime scientis. ut est virtus perfectio fructuosi immediate in eo consistens. Et sic virtus et sciencia insunt absolute. et eis non conuenit suscipere magis et minus. **A**lio modo potest accipi sciencia ut est perfectio ad actum recte cognitionis. et virtus ut est electio sine perfectio ad actum recte electionis. Et sic non insunt eis quibus insunt absolute sed per comparationem ad aliud. ideo conuenit eis suscipere magis et minus.

Sequitur textus.

Item omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. ut pater filij pater filius patris filius. **I**tem relatiua sunt simul natura. vel si eam sunt duplum et dimidium pater et filius. **I**tem relatiua posita se ponit et perempta se perimunt ut si duplum est dimidium est et contra et si duplum non est dimidium non est. et contra.

Hic ponitur tertia proprietas relatiuorum que est principium cognoscendi a posteriori essentialem habitudinem correlatiuorum que dicitur conuertentia. **U**nde omnia relatiua dicuntur ad conuertentiam. id est ad se inuicem reciproce referuntur sub habitudine alicuius obliqui casus. ut si pater est filius est. et e conuerso. id est si pater refertur ad filium secundum nomen et casum dicendo pater filij pater. **T**unc e conuerso filius dicitur ad patrem dicendo filius patris filius. Et simili modo si dominus est. seruus est. Et si duplum est dimidium est. **E**t hec proprietas est notificatiua omnium relatiuorum ut relatiua sunt. eo quod indicat formam respectus secundum quod huiusmodi. sed illa inuenitur in omnibus ad aliquid dictis. **T**unc ibi dicitur omnia relatiua sunt simul natura. **H**ic ponitur quartam proprietatem notificatiuam relatiua. dicens quod relatiua videntur simul natura. id est indistincta in ordine intelligendi vel in ordine eandem dicere augustinus quorum est idem ortus eandem et occasus hec sunt natura dicuntur sicut duplum et dimidium. pater et filius. dominus et seruus simul natura